將臨期第四主日

紫色　一等

依45：8；詠18：2

Roráte, cœli, désuper, et nubes pluant iustum: aperiátur terra, et gérminet Salvatórem. Cœli enárrant glóriam Dei: et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum. Glória Patri,

進臺詠

諸天，請由上滴下甘露，望雲彩降下仁義，願大地裂開生出救恩。高天陳述天主的光榮，穹蒼宣揚他手的化工。願光榮歸於父……。

集禱經

Excita, quǽsumus, Dómine, poténtiam tuam, et veni: et magna nobis virtúte succúrre; ut per auxílium grátiæ tuæ, quod nostra peccáta præpédiunt, indulgéntia tuæ propitiatiónis accéleret: Qui vivis et regnas.

主，求祢振起祢的威能，並速來賜予我們祢全能的援助；望祢慨發慈惠，使那由我們罪惡所滯礙著的救恩，因著祢的寵佑提早來臨。祢和天主父……。

格前4：1－5

書信

Fratres: Sic nos exístimet homo ut minístros Christi, et dispensatóres mysteriórum Dei. Hic iam quǽritur inter dispensatóres, ut fidélis quis inveniátur. Mihi autem pro mínimo est, ut a vobis iúdicer aut ab humáno die: sed neque meípsum iúdico. Nihil enim mihi cónscius sum: sed non in hoc iustificátus sum: qui autem iúdicat me, Dóminus est. Ítaque nolíte ante tempus iudicáre, quoadúsque véniat Dóminus: qui et illuminábit abscóndita tenebrárum, et manifestábit consília córdium: et tunc laus erit unicúique a Deo.

弟兄們：人當以我們為基督的服務員和天主奧秘的管理人。說到管理人，另外要求於他的，就是要他表現忠信。至於我，或受你們的審斷，或受人間法庭的審斷，為我都是極小的事，就連我自己也不審斷自己，因為我雖然自覺良心無愧，但我決不因此就自斷為義人；那審斷我的只是主。所以，時候未到，你們什麼也不要判斷，只等主來，他要揭發暗中的隱情，且要顯露人心的計謀：那時，各人纔可由天主那裡獲得稱譽。

詠114：18，21

臺階詠

Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum: ómnibus, qui

上主接近一切呼號祂的人，就是一切誠心呼號祂的人。——願我的口

ínvocant eum in veritáte. Laudem Dómini loquétur os meum: et benedícat omnis caro nomen sanctum eius.

舌稱述上主的光榮，願眾生讚美祂的聖名於無窮！

亞肋路亞

Allelúia, allelúia. Veni, Dómine, et noli tardáre: reláxa facínora plebis tuæ Israël. Allelúia.

亞肋路亞，亞肋路亞。上主！請來！不要延遲：饒恕祢的以色列子民的罪過吧。亞肋路亞。

路 3：1 - 6

福音

Anno quintodécimo impérii Tibérii Cǽsaris, procuránte Póntio Piláto Iudǽam, tetrárcha autem Galilǽæ Heróde, Philíppo autem fratre eius tetrárcha Iturǽæ et Trachonítidis regionis, et Lysánia Abilínæ tetrárcha, sub princípibus sacerdotum Anna et Cáipha: factum est verbum Domini super Ioannem, Zacharíæ filium, in deserto. Et venit in omnem regiónem Iordánis, prædicans baptísmum pæniténtiæ in remissiónem peccatórum, sicut scriptum est in libro sermónum Isaíæ Prophétæ: Vox clamántis in desérto: Paráte viam Dómini: rectas fácite sémitas eius: omnis vallis implébitur: et omnis mons et collis humiliábitur: et erunt prava in dirécta, et áspera in vias planas: et vidébit omnis caro salutáre Dei.

凱撒提庇留執政第十五年，般雀比拉多作猶太總督，黑落德作加里肋亞分封侯，他的兄弟斐理伯作依突勒雅和特辣曷尼地方的分封侯，呂撒尼雅作阿彼肋乃分封侯，亞納斯和蓋法作大司祭時，在荒野中有天主的話，傳給匝加利亞的兒子若翰。他遂走遍約但河一帶地方，宣講悔改的洗禮，為得罪之赦。正如依撒意亞先知預言書上記載的：『在荒野中有呼號者的聲音：你們當預備上主的道路，修直他的途徑！一切深谷要填滿，一切山岳邱陵要剷平，彎曲的要修直，崎嶇的要開成坦途！凡有血肉的，都要看見天主的救援。』

路 1：28，42

奉獻詠

Ave, María, gratia plena; Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

萬福！充滿恩寵者，上主與你同在！」 在女人中你是蒙祝福的，你的胎兒也是蒙祝福的。

密禱經

Sacrifíciis præséntibus, quǽsumus, Dómine, placátus inténde: ut et

主，求祢以慈目垂視這當前的祭獻，使它能增益我們的虔誠，並助成我

devotióni nostræ profíciant et salúti. Per Dóminum nostrum.

們的得救。因我們主……。

將臨期頌謝詞

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus: per Christum Dóminum nostrum. Quem pérdito hóminum géneri Salvatórem misericors et fidélis promisísti: cuius véritas instrúeret ínscios, sánctitas iustificáret ímpios, virtus adiuváret infírmos. Dum ergo prope est ut véniat quem missúrus es, et dies affúlget liberatiónis nostræ, in hac promissiónum tuárum fide, piis gáudiis exsultámus. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus, cumque omni milítia cœléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

實在是理所當然、公平正義，並有益於我們得救的：我們時時處處感謝祢，主、聖父、全能永生的天主，藉著我們的主基督。祢以慈悲與信實，曾應許將救世主賜予墮落的人類；祂的真理教導無知的人，祂的聖德使罪人得成義，祂的大能扶助軟弱的人。如今，那位祢將要派遣的救主已臨近，我們得救之日的曙光亦已照耀；因此，我們懷著對祢恩許的信德，以神聖的喜樂踴躍歡欣。故此，我們偕同天使、總領天使、與上座者、主治者，並與全體天朝軍旅，同聲歌唱祢光榮的讚歌，不停地歡呼說：

依 7：14

領主詠

Ecce, Virgo concípiet et páriet fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel.

看，有位貞女要懷孕生子，給他起名叫厄瑪奴耳。

領聖體後經

Sumptis munéribus, quǽsumus, Dómine: ut, cum frequentatióne mystérii, crescat nostræ salútis efféctus. Per Dóminum nostrum.

主，我們既領了祢的聖恩，切望我們得救的功效，隨著常領這聖事而增長。因我們主……。